



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies  
quadraginta**

**Flavin, Melchior de**

**Parisiis, 1566**

Cur relicta mors aliae ve poenae post victoriam peccati & mortis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29986**

*Cur relicta mors aliæve pœnæ post vi-*  
*Et gloriam peccati & mortis.*

CAP. 18



Vum gratia Christi multis  
 parasanguis anteuertat pec-  
 catum, Rom. 5. cap. sed non *Rom. 5.*  
 sicut peccatum ita & donū.  
 Rapietur quisquam in admi-  
 rationem cur Christus veniens nō repa-  
 rauerit omnia, quæ per peccatum nobis  
 contigerunt, & restituta sit humana na-  
 tura ad suam iustam integritatem, sine hu-  
 ius vitæ pœnis & morte, hoc affatim ex-  
 ponit, August. 12. Ciuit. & de baptis. par- *August. de*  
 uulorum. At primum ne amitteretur go- *ciuit. Dei.*  
 rona & triumphus martyrum, virginum,  
 aliorumque piorum. Ea enim quæ prepe-  
 diunt viam salutis, sublata sunt: at non ea  
 quæ muniunt viam, vt puta tribulatio-  
 nis, tentationes, persecutiones, & mors.  
 Siquidem non est seruus maior domino  
 suo: Oportuit Christum pati, & ita intrare  
 in gloriam suam. Qui passus est nobis re- *Ioan. 15.*  
 linquit exemplum vt sequamur vestigia *Luc. 14.*  
 eius. 1. Pet. 2. Quamobrem per multas tri- *1. Pet. 2.*  
 bulationes oportet nos intrare in regnū  
 cœlorum, Act. 14. Si enim commortui *Act. 14.*

DE REGNO

2. Tim. 2.

Luc. 22.

2. Timo. 2.

Ioan. 14.

sumus & conuiuemus, si sustinebimus & conregnabimus, si negauerimus, & ille negabit nos. Character enim & tessera militum Christi crux est ideo inquit rex noster & triumphator Christus cōmilitonibus suis: vos estis qui permāsistis mecum in tentationibus meis: ego autem dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, regnum, &c. Non enim coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Quomodo enim certaremus, quomodo pateremur exemplo capitis nostri & dūcis, si essemus & impassibiles, & immortales. Præterea si exemisset nos laboribus, & morte, amitteremus & fidem & spem futuræ vitæ. Nam quod videt quis, quid sperat? Cōcederent insuper omnes ad Christi baptismum non propter Deum vel vitam futuram: sed affectu commodi huius vitæ & ad fugiendam mortem, amore sui pertracti. Cæterum, oportet ex hominibus refarciri angelorum numerum qui lapsi sunt diuersorum ordinū: & differentis gloriæ. Nam in domo patris mei mansiones multæ sunt: secundum diuersitatem gratiarum, & operum. Nullus ibit inficias quin Seraphin, anteuortat Che-

rubin, & istæ inferiores ordines, quorum isti sunt principes quos & illuminant, & amandant Zach. 1. & 2. Si autem non esset mors, neque passio, neq; labores, omnes in illo regno pij essent æquales gloria. Nihil esset plus martyribus quã puello vnus diei: quod Paulus exerta voce diffitetur, 1. ad Corint. 15. alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia stellarum: stella enim à stella differt claritate: sic & resurrectio mortuorum, & illa fœlicitas æterna: alioquin quomodo polliceretur Christus se daturum vnicuique & redditurũ iuxta opera sua. Matth. 16. & Apocal. vlt. & 1. Cor. 3. vnusquisque mercedem recipiet secũdum suum laborem & 2. Cor. 5. Quod clarissimè patet. Matt. 25. Alia causa est vt contineamur in humilitate sub iugo miseriæ huius vitæ, & recognoscamus beneficia Christi, eũque in passionibus imitemur in bonũ nostrum & coronam. Patientia enim tantum bonum est, vt dicat Gregorius, Maioris glorię esset mala pati cum patientia quam bene operari. Vnde post donum fidei, maximum donũ est pro Christo pati Philip. 1. In nullo terreamini ab aduersariis: quæ

Zac. 1. & 2.

1. Cor. 15.

Matth. 16.

Apoc. vlt.

1. Cor. 3.

2. Cor. 5.

Matth. 25.

Philip. 1.

est illis causa perditionis, vobis autem salutis & hoc à Deo. Quia à vobis donatum est pro Christo, vt non solum in eum credatis, sed etiam pro illo patiamini. super quo Chrysost. eructat verba digna se, id est aurea. Christus enim in primo suo aduentu tantum purgauit personas in se credentes: sed in secundo restituet totum humanum genus. Ideo quandiu viuimus in hac natura & massa corrupta, subijcitur concupiscentiæ fonti omnis peccati, & pœnis, & morti tantum ablatum est regnum & dominium horum. Rom. 6. Hęc enim nobis contingunt ex corruptione naturæ, originali iustitia destitutæ, & plus vni quàm alteri ex diuersitate dispositionis corpori. Enimuerò Christus abstulit ea quæ impediunt salutem nostram, quemadmodum est peccatum: nõ ea quæ promouent, vt istæ necessitates vitæ & mors quæ adigunt siquidem nos ad cognoscendam infirmitatem nostram. Esa. 26. Vexatio dabit intellectum. Item humiliant nos. Oze. 6. Humiliatio tua in medio tui: adeoque à culpa deterrent: cuius grauitatem coniectamus ex pœnis. Secundum enim quantitatem delicti est & plagarum modus.

Rom. 6.

modus. Iob. 6. Terrores Domini militant  
 contra me: excitant etiam nos ad quaerendam vitam  
 coelestem in qua erimus liberi his malis Mich. 2. Surgite, ite quia  
 non habetis hic requiem. Mala enim quae nos hic premunt ad Deum nos ire  
 compellunt. Christus in primo quidem suo adventu abstulit peccatum.  
 Ioan. 1. In secundo autem absoluet nos omnibus poenis quas inuexit  
 peccatum. Apoc. 21.

Iob. 6.

Dent. 29.

Mich. 2.

Gregor.

Ioan. 1.

Apoc. 21.

*De libertate ac dominio & seruitute legis per Christum parta.* CAP. 19



Non immerito Dominus pollicitus est nobis benedictionem per Christum. Gen. 22. & Gal. 3. Nam eramus omnes sub maledicto transgressionis legis constituti: cum siquidem essemus omnes peccatores, eramus & transgressores vel legis naturae, Rom. 2. vel scriptae Rom. 3. praearicatores enim reputavi omnes peccatores terrae. Psalm. 118. Omne enim peccatum est iniquitas ἡ ἀνομία, sed maledicti (inquit ps.) qui declinant à mandatis tuis, & de lege naturae quam omnes transgressi sunt. De lege autem Moyfi inquit Christus nemo

Gen. 22.

Gal. 3.

Rom. 2.

Psal. 118.

1. Ioan. 3.

H